

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Homo m cum uariis

Principium iure tribuitur homini cuius causa uidetur cuncta animalia genuisse natura magna et seua mercede contra tanta sua munera ut non satis estimare parens melior an tristior nouerca fuerit. Ante omnia unum animantium cunctorum alienus uelaminis ope, ceteris uarie tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, pilos, plumam, pennas, scamas, uellera; et arbori que cortice interdum gemino a frigoribus et calore tuta est. Hominem tantum nudum et in nudo humo natali die abicit ad uagitum statim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrimas et hoc protinus uite principio.

Plinius ystoriarum mundi libro VII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Homo m] Homo l V¹ V² L¹ L²; tribuitur] tribuetur V² L¹ L²; tribuitur homini] homini tribuitur C; tanta sua] sua tanta B; sua] magna *add. (del. sub lin.)* B; estimare] aestimari L²; melior] homini *add.* V² L¹ L²; an *om.* P V¹; alienus uelaminis ope] alienis uelut opibus V² L¹ L²; et arbori que] truncos etiam arboresque V² L¹ L²; tuta] tutata V² L¹ L²; nudo] nuda V² L¹ L²; ystoriarum mundi] historiae natura. V² L¹, historiae naturae L²; ystoriarum mundi libro VII.] libro VII. ystoriarum mundi B